Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Nepuremus illam tranquillitatem & ineffabile lumen di. desesproferre. unde peccata punientur. sed ipsa peccata sicordinare. utque fuerunt delectamenta hominis peccantis sint instrumenta dño poniendi. Ecce inquit parturiunt iniustitiam quid enim cnscipent. utiniustitiam parturiret. concepit inquit laborem. hinc ē ergo illud in labore manducabis panem. hinc etiam illud. uenite ad me omnes qui laboratis iugum enim meum lene ē. & onus meum leue. non enim poterit labor finiri. nisi hoc quisq: diligat quod in uto non possit auferri. tunc cum ea diliguntur quae possumus contra uoluntatem amittere. necesse ē. ut pro his miserrime laboremus. & ut haec adipiscamur. tanquam ex terrenarum erumnarum cumsibi quisq: in illa rapere & prouenire alterum aut extorq: re alteri cupit iniustitias machinemur. recte ergo & prorsus ex ordine parturiunt iniustitiam. qui concepit laborem. parit autem quid nisi quod parturiunt. Quamuis non hoc parturiret quod concepit. non enim hoc nascitur quod concipitur. sed concipitur semen. nascitur quod formator ex semine. Labor ē igitur semen iniquitatis. peccatum autem concepto laboris. id est illud primum peccatum apostatare a dō. parturiunt ergo iniustitiam qui concepit laborem. & peperit iniquitatem. iniquitas. hoc ē. quod iniustitia hoc ergo peperit quod parturiunt. quid deinde sequitur. Lacum aperuit & effodit illum. lacum aperire ē. interrenis rebus id est tenqua interna fraudem parare. quo alius cadat. quem uult decipere iniustus. Aperitur autem hic lacus cum consentitur male suggestionibus terrenarum cupiditatum. effoditur uero cum post consensionem operationis fraudis instatur. sed unde fieri potest. ut iniquitas prius ledat hominem iustum inquem peccat. quam cor iniustum unde procedit. tanq: fraudatur pecuniae uerbi gratia dum cupit alium damno lacerare. ipse aut eiae uulnere saucietur. Qui autem uel demens non uidet quantum inter hos distet. cum ille patitur damnum pecuniae. ille innocentiae. Incidit ergo in foueam quam fecit. Quod in alio psalmo dicitur. cognoscitur dns iudicia faciens. in operib: manuum suarum comprehensus ē peccator. Conuertitur labor eius in capite eius. & iniquitas eius in uertice eius descendet. non enim uult ipse peccatum euadere. sed factus ē sub peccato tamquam seruus. dicente dno. omnis qui peccat seruus ē. Erit ergo eius iniquitas sup ipsum cum ipse iniquitati suae subditur. quia non potuit dicere dno. quod innocentes & iustificant. gloriamea & exaltans sapud meum. ta ergo ipse inferior erit. ut eius iniquitas sit superior. & in illum descendat quia gerunt illum. & one uet & ad requiem sorum meuolare non sinit.